Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



bar. Et factus ē sudor ei⁹ si-
cut gutte sanguis decurren-
tis in terram. Et cū surrexisset
a oratione et venisset ad di-
scipulos suos: invenit eos
dormientes pre tristicia et ait
illis. Quid dormitis: surgite
et orate. ne intretis in
tentationē. Adhuc eo loquē-
te. Ecce turba et qui vocat⁹
iudas unus de duodecim ante-
cedebat eos. Et appropin-
quavit ihu: ut oscularet eum.
Ihs aut dixit illi. Iuda osculo
filium hominis tradis: Videntes
autē hi qui circa ipm erant quod fu-
turum erat dixerunt ei. Domine si
percutimus in gladio: Et
percussit unus de illis seruum
principis sacerdotum: et amputa-
vit auriculam eius dexteram.
Respondens autē ihs ait. Sinite
usq; huc. Et cū tetigisset
auriculam eius: sanavit eum.
Dixit autē ihs ad eos qui ve-
nerant ad se principes sacerdo-
tum et magistratus templi et se-
niores. Quasi ad latronem
existis cum gladijs et fustibus
cum quotidie vobiscum fuerim
in templo. non extendistis
manus in me. Sed hec est
hora vestra et potestas tenebrarum.
Comprehendentes autē eum
duxerunt eum ad domum pri-
cipis sacerdotum. Petrus uero
sequebat eum a longe. Ac-
censo autē igni in medio atrio
et circumsedentibus illi erat
petrus in medio eorum. Quem
cum vidisset ancilla quedam
sedere ad lumen et eum fixis
set intuita dixit. Et hic cum
illo erat. At ille negavit eum
dicens. Mulier non noui eum.
Et post pusillum alius vi-
dens eum dixit. Et tu de illis
es. Petrus uero ait. Homo non
sum. Et intermallo facto quasi
hore unius: alius quidam
affirmabat dicens. Vere et
hic cum illo erat. Nam et gali-
leus est. Et ait petrus. Homo
nescio quid dicis. Et con-
tinuo adhuc eo loquente:
cantauit gallus. Et conversus
dominus respexit petrum. Et recor-
datus est petrus verbi domini
sicut dixerat: quia priusquam
gallus cantet ter me ne-
gabis. Et egressus foras:
petrus flevit amare. Et
viri qui tenebant ihsum illu-
debant ei cedentes. Et vela-
verunt eum: et percutiebant fa-
ciem eius. Et interrogaverunt
eum dicentes: Prophetiza. Quis
est qui te percussit: Et alia
multa blasphemantes dice-
bant in eum. Et ut factus est